

## CODEX 132. olim signatus 6/14.

*Foliorum 174, 175 : 126 mm., lineis plenis (fol. 166—170. duplici columnâ) exaratus saeculo XIV. Litterae initiales psalmorum alternantes rubro et caeruleo colore, versiculorum minio signatae sunt.*

*Psalterium breviarii monastici per hebdomadam dispositum cum calendario et litanis OO. Sanctorum.*

*Manus saeculi XVI. adiecit officium defunctorum (fol. 166—170.); quatuor ultima folia restant ex quodam breviario saeculi XV.*

---

## CODEX 133. olim signatus 6/17.

*Foliorum 186, 172 : 108 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. rubricis et litteris initialibus miniatis insignis.*

*Breviarium monasticum sine psalterio.*

---

## NUM. 134.

*Folia 12, 165 : 130 mm., ex quodam codice saec. XIV. columnis binis exarato et titulis miniatis distincto.*

*Fragmenta sermonum de tempore.*

---

## CODEX 135. olim signatus 6/18.

*Foliorum 43, 165 : 118 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII., praeter titulum rubricatum et unicam maiorem delincentam minioque ornatam litteram (fol. 7.) omni ornatu caret. Codex ab initio mutilus, tres enim priores quaterniones perierunt et tria folia quarti quaternionis ita per vim et nefas evulsa sunt, ut vestigia nefariae manus adhuc conspiciantur.*

- 1° *Ephraem S. Syrus. Sermo acephalus de iudicio (et resurrectione, charitate) et compunctione. Fol. 1—7.*

... mitem voluntatem vestram solummodo quaesivi. Dicite mihi peccatores et mortales atque passibiles secundum naturam, quid passi estis — ut omnis anima quae haec meditatur, trahatur ad aeterna. Benedicat vos omnipotens deus ... ille vos benedicat de coelis, qui per crucem passionis suae vos redemit in terris. Amen. *Cfr. Opera s. Ephraem. Ed. Venet. 1755. I, 164—166. Ed. Asseman. Romae 1732. Graece et lat. II, 51—56.*

- 2° *Monita beati Effrem. Fol. 7—43.*

Dolor me compellit dicere et iniquitas mea comminatur mihi, ut sileam — Gloria patri qui fecit nos, et gloria filio qui salvavit nos, et gloria spiritui sancto qui renovavit nos per infinita saecula saeculorum. Amen. Explicit liber Effrem diaconi. *Cfr. Opera s. Ephraem. Ed. Venet. 1755. I, 17—31. Ed. Assem. Graece et lat. I, 40—70.*

---

## CODEX 136. olim signatus 6/20.

*Foliorum 55, 162 : 118 mm., partim lineis plenis (fol. 1—24. et 55.), partim columnis binis (fol. 25—54.) variis manibus exaratus saeculo XIV., modice rubricatus.*

- 1° *Duo tractatus germanici ascetici argumenti. Fol. 1—23.*

Des almehtigen gottes frid si getrvlich mit allen dien, die dis gegenwertig bŭchlin mit andaht lefent ... Wan der mensch in dis ellend — mit finer hohen gotheit, als er sich cleit in Mariŭ. *Fol. 1—8'. Cfr. Bartsch, Germania VI (XVIII), 68 sqq.*

Almehtiger iewesender vñ ewiger got. ich armer krancher vñwirdiger mensche — def helf vñf der vater vñ der fun vñ der heilig gest. Amen. amen. *Fol. 9—23'. Bartsch, l. c. pag. 70. Wackernagel, pag. 228 sqq. et 288 sqq.*

- 2° *Tria fragmenta sermonum germanice conceptorum. Fol. 24.*

a. Plorans ploravit in. Dŭ wenond hat gewenot in der nacht vñ ir trechen stant an ir wangen. Dŭ wenond dc wc maria magdalena ...